Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0002-8

6

1764. 4

Pri. 10. num. 5.

15

P. 196

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI
INAVGVRALIS
DE

# NATVRA ET INDOLE CENSVVM,

PRAESERTIM

# STATIS TEMPORIBVS SOLVENDORVM,

QVAM AVSPICIIS DIVINIS
INDVLTV ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM
ORDINIS IN PERANTIQVA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI

PRÆSIDE

FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO

## DN. RVDOLPH. CHRISTOPH. HENNE, ICTO

ORDINIS IVRECONSVLTORVM ET ELECT. MOG. PROVINC IVDIC.
ADSESSORE NEC NON PANDECT P. P. O.

DIE XXIII. AVG. MDCCLXIV.
IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET DIGNITATIBVS LEGITIME CONSEQVENDIS

*PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT*

AVCTOR

## RVDOLPH. HENR. WILHELM. ZIEGLER,

*ERFVRTENSIS.*

ERFORDIÆ, AERE HENR. RVD. NONNII, ACAD. A TYPIS.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0004-0

INCLYTI IVDICII PROVINCIALIS ELECTORALIS ERFORDIENSIS

PRÆSIDI ET ADSESSORIBVS

PERILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

# DN. IOANNI ARNOLDO L. B. DE BELLMONT

DYNASTÆ ET HÆREDITARIO IN GESCHWENDA

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIO STATVS INTIMO, IVDICII PROVINCIALIS PRAESIDI ET CIVITATIS PRAETORI RELIQVA.

NEC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0005-5

NEC NON

MAGNIFICIS, PRÆNOBILIBVS, AMPLISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS VIRIS

# DN. IOANNI GEORGIO BRüCKMANN I. V. D.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO, IVDICII ECCLESIASTICI ET PROVINCIALIS ADSESSORI, INSTITVT. PROF. PVBL. ORD. ET CIVITATIS CONSVLI, NEC NON ILLVSTRISSIMI COMITIS DE GLEICHEN ET HATZFELDT CANCELLARIAE BLANCKENHAYNENSIS DIRECTORI.

# DN. IOANNI CHRISTOPHORO SPITZ, I. V. D.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO, FACVLTATIS IVRIDICAE ET IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI, IVRIS PVBLICI PROF. PVBL. ORD. NEC NON CIVITATIS CONSVLI.

DN.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0006-1

DN. IOAN. ERNESTO GVILH. ZIEGLER, I. V. D.

IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI,

DN. RVDOLPH. CHRISTOPH. HENNE, I. V. D.

FACVLTATIS IVRIDICAE ET IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI, NEC NON PANDECTARVM PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO,

DN. IO. DAV. STENGER, I. V. D.

IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI ET CIVITATIS CONSVLI.

DN. CAR. IOSEPH. DIETRICH,

IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI.

DN.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0007-6

DN. IOAN. MICHAEL. FRANC. SPOENLA,

IVDICII PROVINCIALIS ADSESSORI ET SECRETARIO.

MAECENATIBVS SVIS AC PATRONIS

INDVLGENTISSIMIS

IVSTITIÆ SACERDOTIBVS INTEGERRIMIS

DOCTRINA, PRVDENTIA ET VSV RERVM

FORENSIVM

EXERCITATISSIMIS

CVM

CVM VOTO EXOPTATISSIMI CONSILIORVM

SVCCESSVS

ET OMNIGENAE PROSPERITATIS

DISQVISITIONEM HANC ACADEMICAM

IN DEVOTI CVLTVS AC PII ANIMI SVI

PIGNVS AC TESSERAM

CVM DEVOTISSIMA SVBMISSIONE

CONSECRAT, DAT ET DICAT

SE-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0009-1

SEQVE TANTORVM PATRONORVM

GRATIÆ ET FAVORI

RELIGIOSISSIMO MENTIS CVLTV

COMMENDAT

RVDOLPH. HENRICVS GVILIELMVS
ZIEGLER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0010-3

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIS GERMANICI
DE

# NATVRA ET INDOLE CENSVVM

PRAESERTIM
STATIS TEMPORIBVS SOLVENDORVM.

## CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

### PROOEMIVM.

### Cap. I.

§. I. Ethymologiam vocis tradit.
§. II. Originem cenſus indagat.
§. III. Definitionem continet.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0011-8

§. IV. Eius explicationem commemorat.

§. V. Perſonas conſiderat.

§. VI. Diuiſionem cenſuum recenſet.

§. VII. Duo pluresue cenſus in vno fundo ſaepius radicatos eſſe, demonſtrat.

§. VIII. Ex quibus cenſus conſiſtunt, euoluit.

§. IX. Variae denominationes cenſuum enumerantur.

§. X. Cenſus partim portatorios eſſe, partim non eſſe, probat.

§. XI. Fundo cenſitico interemto & non extante alium eſſe ſubſtituendum a cenſuario, monet.

§. XII. Propter ſterilitatem et fundi ceſſionem non exſpirare cenſum, probat.

§. XIII. Cenſuarium in minori & cenſitorem in maiori quanto cenſum per præſcriptionem adquirere & reſpectiue amittere poſſe, monet.

§. XIV. Librum cenſualem poſtulantibus circumſtantiis a cenſitore vel eius officiato iuramento confirmandum eſſe, aſſeuerat.

## Cap. II.

§. I. Cenſus poenalis deſcriptionem enarrat.

§. II. Cenſus promobiles enumerat.

§. III. Cenſus liberi et quo modo procedatur contra contumacem, mentionem facit.

§. IV. Vlterior progreſſus cauſae deſcribitur.

§. V. Fundo abſumto et peremto nouum eſſe ſubſtituendum, demonſtrat.

§. VI. Leues cauſſas ad purgaudam contumaciam ſufficere, arguit.

§. VII. Habere etiam pia corpora et priuatos Frey-Pfennige, annotat.

§. VIII. Differentiam horum von denen Pfund-Zinſen, euoluit.

§. IX. Dari quoque alios cenſus liberos, commonefacit.

§. X. Quorundam cenſuum receptionem antea indicendam eſſe, tradit.

§. XI. Ob negligentiam commiſſam cenſitum puniri, docet.

§. XII. Niſi probabilem termini ignorantiam pro ſe allegare poſſit.

§. XIII. Quidam cenſus poenales non intimari, obſeruat.

§. XIV. Extra territorium Erfordienſe recipere pia corpora cenſus poenales in die tamen antea indicato, demonſtrat.

§. XV. Tractationi colophonem imponit.

B. C. D.

# PROOEMIVM.

Diu haeſitanti quale argumentum thematis inauguralis loco pro adipiſcendis honoribus academicis proferrem, mihi in eo eligendo et perſcrutando occupato ad manus venit Parentis mei diſputatio inauguralis de cenſus per libros cenſuales probatione hic Erfurthi d. 8. Iun. 1733. ſub praeſidio ICti Magnif. Dom. *CONRADI WILH. STRECKERI* habita, in cuius perlectione inueni, pauca de cenſibus poenalibus in ea prolata fuiſſe, quare ſtatim penes me animo conſtitutum de hac materia diſſertationem meam conſcribendam illamque ſub rubro de natura et indole cenſuum ſtatis temporibus ſoluendorum in dias luminis auras edendam eſſe.

Diuiſi eam in duo capita, in primo enim tractabo de cenſibus in genere, in altero vero in ſpecie de cenſibus poenalibus agam, doctrina ſiquidem illa ſaepe et multoties in iudiciis et dicaſteriis ventilatur et in controuerſiam venit,

nihil autem de illa in iure romano deciſum inuenitur, idcirco ad ius germanicum eſt recurrendum, et quoniam praeprimis in terris thuringicis hic contractus cenſiticus in vſu eſt, hinc ſemper ad conſuetudinem et obſeruantiam cuiusuis loci praeſertim patriae mihi reſpiciendum fuit. Deus autem Ter optimus Maximus concedat mihi vires vt cum fructu & emolumento labor hic ad fauſtum & exoptatum finem perducatur.

## CAPVT I.
## DE
# CENSIBVS IN GENERE CONSIDERATIS.

§. I.

Vt iuxta morem disputantium procedam, initium capiendum eſt a deriuatione vocis. Oritur itaque verbum cenſus a cenſendo, vulgo von ſchätzen, et totum patrimonium etiam ſub nomine cenſus venire ſolet, eo quod cenſeri et æſtimari ſolet, vt intelligatur, quantum quisque occurrente et imminente neceſſitate reipublicae contribuere et conferre poſſit, *LVD. MOLIN. lib. 5. de contract. diſput.* 387., ſic cenſere territorium pro imperare cenſum territorio dicitur in *l. 4. Cod. de cenſib. l. 1. Cod. in quib. cauſſ. pignus vel hypotheca.* diuerſas itaque habet ſuas ſignificationes, quae paſſim in LL. occurrunt, paſſim etiam a DD. deſcribuntur, de qua re pluribus legi poſſunt *MARTINI tractat. de iure cen-*

*ſuum cap. I. et illuſtris IVSTI HENNINGI BOEHMERI* diſputatio de vario cenſuum ſignificatu et iure, nec non S*CHADENII* ius cenſiticum cap. I. quare non ſollicitus ero, plura de hoc diſſerere, ſed B. L. ad citatos Auctores et alios complures remitto, quia de illis non in genere, ſed tantum de his, qui in noſtris locis atque adiacentibus territoriis frequentes et in vſu ſunt, ac in foro noſtro ſaepe in controuerſiam veniunt, apud me quaedam diſſerere conſitui, cenſus enim præter onera realia fundo impoſita, itidem in hoc haerent et quotannis ſunt ſoluendi atque praeſtandi.

§. II.

Origo autem noſtrorum cenſuum valde dubia eſt, hinc probabilitatis rationem habendam eſſe putat *RENNEMANNVS* in ſua *IVRISPRVD. Rom. Germ. membr. 2. diſput.* 58. *th.* 10. illamque opinionem probabilem aſſerit, quod a chriſtianae religionis exordio id inſtitutum in hiſce regionibus ſumſerit initium, et ſingulari fauori in clericos natales debeat, et quod laici praedia ſua tam clericis obtulerint reſeruato ſibi cenſu, quam etiam clerici ſibi in iis ſoluto certo pretio cenſus conſtituerint, quod deinde ſeculares magiſtratus in territoriis ſuis aduerſus ſubditos aucupati, poſtea etiam quiuis priuati imitati fuerint. Porro etiam tradit gloſſa ad Sächſiſ. Lehn-Recht art. 60. Dieſes Rechtens Anweiſung hat ſeinen Urſprung von Römiſchen Rechten, denn da die Römer alle Welt bezwungen hätten mit Mannigfaltigkeit ihrer Gewalt, da beſatzten ſie der Feinde Feſſen und ſatzten auch darauf Hauptmänner, die hieſſen ſie Fürſten und iſt ſo viel genannt in dem Latino, als Princeps, quaſi primitias capiens, das iſt ſo viel,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0016-6

viel, daß er nehmen mag über allerley Gemeß und Zinß der Aecker oder Leute, die bezwungen waren, und davor hielten ſie Mannſchaft und Ritter. Wenn denn etwas darüber blieb, das gaben ſie denen Römern wieder, als aber dazumal Friede gemacht wurde in den Landen, da dauchte es die Fürſten unbequemlich und zu viel zu ſeyn, daß ſie die Ritter und die Mannſchaft ſtetiglich in ihren Koſten halten ſollten, da wurden die Römer zu Rath, wie daß ſie den Fürſten liehen die Güter und derſelben Güter Mannſchaft, die Arbeit, den Nutzen und den Zinß der Güter, und daß ſie darum ſollten dienen, welche Leihung hernach genannt worden iſt Lehen, darum, darum, daß es ihnen geliehen worden, und nicht gegeben. Denn da ſie die Lande beſatzten in Städten und zu Frieden, und die Fürſten die Güter von den Römern alſo empfiengen, da liehen die Fürſten auch den Rittern und der Mannſchaft die Lehen fortan, auf daß ſie ſich ſelber beköſtigten, darnach vermieteten die Ritter und die Mannſchaft fortan den Gebauern um genannten Beſcheid, den wir Zinß nennen. Hactenus gloſſa conf. *FRANZK. tractat. de laudem. cap. 10. n. 45.* quae etiam opinio non reiicienda videtur ex ea ratione, quod quidam Nobiles, pia corpora et quoque priuati tanquam vaſalli feuda varia tam a Sereniſſima gente Saxonica, quam Schwartzburgica hic loci poſſideant, quae in quibusdam cenſibus ex certis fundis exigendis conſiſtunt, ex quo veriſimile videtur, quod in allegata gloſſa traditur.

§. III.

Ipſe autem cenſus ſequenti modo poteſt deſcribi, quod ſit ius quoddam in bonis cuiusdam immobilibus, et quoque

in

in perceptione cenſus ipſa, vti vocantur Pfund-Zinſe, alii cuidam ad certam rem mobilem exinde in recognitionem partim veteris dominii, partim factae conſtitutionis, partim oblationis, annuatim ſoluendam, per mores conſtitutum.

§. IV.

Quod explicationem autem huius iuris cenſitici concernit vocatur 1.) *ius quoddam*, tale nempe quod per aliquam conuentionem ac praeſcriptionem adquiri poteſt 2.) *in bonis cuiusdam immobilibus*, quia cenſus regulariter perpetuus eſſe debet, et tale obiectum requirit, quod perpetuo durare et reditum praebere poteſt, et ſic excluduntut res mobiles et ſe mouentes, hae enim vſu conſumuntur, idcirco ad quemcunque poſſeſſorem tale obiectum cum onere deuoluitur 3.) *et quoque in perceptione cenſus ipſa*: notorium enim eſt hic loci, quod quidam cenſus liberi vulgo die Frey-Pfennige ab incolis quibusdam percipiantur ex aliquo cenſu in fundo quodam radicato et vocentur die Pfund-Zinſe. 4.) *alii cuidam*, ſiue ſit priuata ſiue publica perſona. 5.) *ad certam rem mobilem exinde*: nempe ex frumento, animalibus, pecunia et alia quacunque ſpecie conſiſtente ex inita conuentione praeſtanda. 6) *in recognitionem veteris dominii*: quod nempe eiusmodi res antea in patrimonio cenſitoris fuerit, vbi exinde natus eſt cenſus reſeruatiuus. 7.) *partim factae conſtitutionis*: ſi nempe poſſeſſor et dominus alicuius fundi cenſum quendam in illo ex pacto et conuentione inita conſtituit. 8.) *partim oblationis*: quod ita ſit, quando dominus fundi ex mera liberalitate et voluntate et dehinc gratuito praedium ſuum in cenſum annuum alicui offert. 9.) *annuatim ſoluendum*: quare quotannis illa res pro

cenſu

cenſu determinato abſque vlla contradictione eſt danda. 10.) *per mores conſtitutum*: vti ſupra §. II. iamdum fuſius oſtenſum fuit.

§. V.

Pateſcit itaque, quod ad contractum cenſiticum ineundum, duae requirantur perſonae, nempe *cenſitor*, der Erbzinß-Herr, qui cenſum annuum a cenſito accipit, et cui eſt ſoluendus, et *cenſitus* vel *cenſuarius*, der Erbzinß-Mann, qui annuam penſionem debitam cenſitori ſoluere et alienata re nouum poſſeſſorem in tabulas cenſorias referri curare tenetur, qui etiam a cenſitore recipitur et dehinc ſchedulam infeudationis cum certo quodam fundo inibi expreſſo et denominato atque termino ſolutioni praefixo accipit, eiusmodi litteras infeudationis bene multas in medium profert *SCHADE* in iure ſuo cenſitico.

§. VI.

Diuiditur itaque cenſus in *conſtitutiuum*, *reſeruatiuum* et *oblatum*. Dantur etiam plures cenſuum diuiſiones, quae a DD. proferuntur, de quibus fuſius legi poteſt *MARTINI tractat. de iure cenſ. cap. 2.* et alii complures auctores, qui de re cenſitica ſcripſerunt, mihi autem allata diuiſio arridet, quia illa vſui fori et obſeruantiae huius loci conueniens et adaequata eſt et ad illam reliquae fere ſpecies referri poſſunt. Cenſus autem conſtitutiuus ille eſt, qui a domino fundi pro certa quadam re aut pretio alteri conſtituitur, hic enim non aufert domino dominium directum vel vtile, licet onere illud grauet et praedium quodam modo obligatum, et hypothe-

cae ſubditum reddat pro cenſu. *MENOCH. conſ. 997. n. 1.* *Reſeruatiuus* vero in eo conſiſtit, vt pleno iure res in alterius proprietatem transferatur, nequidem retento dominio directo, cenſus tamen annuus in perpetuam reſeruetur memoriam priſtini dominii, *SCHOPPIVS* in *tractat. I. Feud.* modum illum ita exprimit: Wann manus mortuae, Clöſter oder Aemter priuatis Erbgüter verkauffen und einen Erbzinß ſich darvon reſerviren *cap. 4. p. m. 53.* Dicitur tandem cenſus *oblatus* ille, quando quis omnia bona ſua vel ſaltem partem aliquam, aut praedium quoddam pro annuo cenſu alteri dat, hinc orti ſunt multi cenſus, qui eccleſiis, monaſteriis et aliis piis locis debentur, de quo apud *RENNEMANNVM citato loco* ſequenti modo legitur: Quando nempe eccleſiae auditores ad oſtentandum ſuum in ſtudio religionis Zelum, vt et ad gratitudinem erga illos, qui ſe in doctrina pietatis informarent, declarandam, ſua bona ipſis fecerunt cenſualia, quum ea, ſub certa quadam recipiendi fiducia horum dominio ſubiecerunt, qui mox eadem his reſtituerunt, reſeruato ſaltem in recognitionem dominii cenſu huius modi. Apud *GOLDASTVM tom. II. rer. allem. p. 41. n. 50.* occurrit charta *VPPERTI*, qua bona ſua obtulit eccleſiae S. *GALLI* et in recognitionem memoriamque huius oblationis ſeſe ad cenſum obligauit his verbis: *in ea vero ratione, vt dum ego aduixero, ipſas res habere debeam et cenſui me pro hoc annis ſingulis de feſtiuitate S. Galloni in alium ſoccum aut IV. denarios.* Aliam chartam ſimilis oblationis *IDEM cit. l. n. 42. p. 38.* adfert, vbi iſta cenſus obligatio occurrit: *et pro eſt eis rebus proſeruire volo annis ſingulis h. e. XXX. ſeglas cereuiſiae, XL. panes, Friſchengam tremeſſem valentem et XXX. mannos et arare duos iochos in anno.* Alia oblationis

tionis charta *n. 84. p. 53.* occurrit, qua teſtatur Wolfhugi ſe coenobio S. Galli tradidiſſe et donaſſe, quidquid in pago Turgawenſo poſſederat, additque ſequentia: *mihique et legitimae meae procreationi ſub ea ratione poſſidendam de reliquis coenobium, vt cenſum exinde ſingulis annis perſoluamus, i. e.* II *denarios vel* II *maldros de grano. Si ego illas redimere velim cum* I *ſolido id agam. Si vero ego illas non redimam, legitimi haeredes mei ſub praedicto cenſu eos poſſideant. Sub n. 83* GOLDASTVS cit. l. aliam oblationis chartam adfert, in qua cenſus a priori diuerſus conſtitutus legitur: *in ea videlicet ratione, vt easdem res ad me recipiam tempus vitae meae perfruenda, cenſumque inde annis ſingulis perſoluam i. e. vt ad proximam curtem S. Galli vnum iuchum arem, et cum ſemine meo ſeminem annis ſingulis vnaquaque iuga. Etſi redimere illud velim, cum duobus ſolidis id agam. Si autem vxor mea me ſuperuixerit, easdem res habeat, centumque annis ſingulis perſoluat, i. e.* VI. *maldras de auena et* I. *maldram de kernone etc.* Similes chartae occurrunt *n. 77. 78. 79. 81. 82.* quae oſtendunt, bona huic coenabio fuiſſe oblata.

## §. VII.

Saepe accidit vt fundi inueniantur, de quibus vnus non ſolum, ſed duo et tres cenſus ſoluuntur, atque omnes hi cenſuum ſpecies in vno praedio radicatae ſint, quod ſequenti modo contingere poteſt, ſi nimirum cenſuarius praeter ſuum ordinarium fundatum cenſum forſitan frumentarium, alium ex animalculis, vel pecuniarium certa accepta pecuniae ſumma tertio egeſtate ductus conſtituit, et ſi poſt aliquot annos vnus vel alter cenſus non petitur, vulgo wann dieſer ſchläfet, poſſeſſor huius fundi ſeu cenſitus ſibi optime conſulere putat,

tat, quando eccleſiam, ſcholam, et aliud pium corpus pro ſuo cenſitore erga exiguam annalem penſionem ex vno vel pluribus obulis conſiſtentem agnoſcat et ei offerat, et quidem ea ratione ductus, quod cenſus prior rebus ſic ſtantibus cedere deberet nouiori, quae opinio vero admodum fallax eſt, quare fit, vt cenſuarius omnes tres cenſus in ſuo fundo vlterius pati et illos annuatim ſoluere teneatur, vti in cauſſa quadam tam ab Ordine ICtorum Wittenbergenſium quam Moguntinenſium ita iudicatum fuit, daß der Erbzinß-Mann nicht allein den alten Frucht- ſondern auch den nachhero bey der Kirche zu Andisleben angenommenen Geld Erbzinß fernerhin ohne contradiction abzugeben ſchuldig und gehalten ſey, noch haben die a Paſtore geſchehene abdication und renunciation und die von dem Beklagten begehrte litis aſſiſtentia ſtatt; Prior ſententia publicata fuit in Iudicio d. 24. Iul. 1738, altera autem in Regimine d. 2. Mart. 1740, quae ſententiae cum multis allegatis fundamentis ſuffultae erant. Porro etiam contingit, vti in hoc §. iam dum oſtenſum fuit, vt cenſuarius ſaepe alium cenſum nouiorem aſſumat, et antiquiorem fundatum in quibusdam annis non ſolutum, facta eius petitione in controuerſiam trahat et nouiori cenſitori litem denunciet, qui ſtatim cum ſuo iure cenſitico interueniendo coram iudice comparet et petit vt in poſſeſſione vel quaſi manuteneatur, quod iudex facta nuda poſſeſſorii demonſtratione facit, ſic a Praefectura Giſperslebienſi ita pronunciebatur in cauſſa quadam: hat interuenientiſches Cloſter nunmehro ſo viel beſcheiniget, daß daſſelbe bey Beklagten in poſſeſſione percipiendi cenſum vel quaſi et momentanea in ſo lang zu ſchützen, bis Kläger in Abſicht ſeines geklagten Erbzinſes in petitorio oder ordinario ein

anders ausgeführet haben wird. Facta autem prouocatione ab actore alia ſententia in Iudicio prouinciali d. 20. Decembr. 1746. lata fuit; daß zwar appellatiſches Cloſter bey der jährlichen Erhebung ihres Frucht-Erbzinſes à 3¼ Mtz. Korn und Gerſten von den libellirten ⅞ Acker zu ſchützen und Beklagter ſolche fernerhin abzugeben verbunden, dahingegen aber Appellant noch zur Zeit ad petitorium oder poſſeſſorium ordinarium nicht zu verweißen, ſondern derſelbe ſeine angeſtellte Klage wider den beklagten Hanß Nicol Auen fortzuſetzen wohl befugt und das appellatiſche Cloſter, ſo lange deſſen Erbzinß nicht angefochten wird, weder zu interueniren berechtiget, noch den Beklagten in lite zu vertreten ſchuldig. Subſecuta dehinc actorum remiſſione et facta actoris demonſtratione tandem ſequebatur ſententia definitiua: daß Kläger und Producent, dasjenige, was ihm zu beſcheinigen obgelegen, zur Nothdurft beſcheiniget, daher der Beklagte die libellirten Erbzinß Reſten von anno 1729 bis hieher jährlich mit 4 Gr. 1 Pf. und ½ Huhn Mich. binnen 14 Tagen abzuführen, auch die Lehn behörig zu iuſtificiren, weniger nicht die cauſſirten Koſten nach vorhergehender deren liquidation und Richterlichen Ermäßigung Klägern zu erſtatten ſchuldig. Ex quibus itaque luculenter patet, quod cenſuarii ſaepe et multoties plures et varios cenſus fundis ſuis imponant et illos grauent, cenſitor autem tali in caſu non eſt ſemper obligatus, vt cenſito ſuo in lite aſſiſtat, praecipue ſi eius cenſus non in litigium venit, aliter vero res ſe habet, ſi eius ius cenſiticum alius cenſitor vindicare conatur, tunc enim merito ille ſuum cenſitum defendere et alterum cum ſua actione inſtituta a iudicio repellere debet.

§. VIII.

Cenſus annalis praeſtatio partim conſiſtit in frumentis, vino, oleo, cera, ſepo et aliis rebus in communi vita ad vſum quotidianum deſtinatis, partim autem in animalculis, gallinis, anſeribus, anatibus, ouis, agnis, haedis, piſcibus et aliis, partim et vt plurimum in numerata pecunia. Datnr quoque cenſus in pago huius loci Salomonsbornenſi, vi cuius illa communitas de aliquo agrorum tractu quotannis certis familiis in die Walpurgis duas placentas jeder von einer Metzen weiß Mehl gebacken, dare et extra territorium vnum ad nutum cenſitoris familiae ad domum ſuam, vel etiam in noſtro territorio ad locum certum aſſignatum adferre debent, altera vero accipit hunc in vrbe noſtra. Qua occaſione etiam mentio facienda derer Rauchfanghühner, quas de qualibet inhabitata domo in pagis Zimmern ſupra praefecturae Gothanae, Klein-Rettbach vero Praefecturae Alacenſi cum tribus groſſis ſoluere tenentur cenſuarii, ſi autem in domo quadam vxor ſit grauida, tunc hoc anno nihil ſoluit et immunis eſt cenſitus a ſolutione cenſus. In pago Nottlebienſi vero tantummodo ſoluunt iſtum cenſum ruſtici, qui vocantur vulgo die Hinterſättler, ſi vero vxor eſt praegnans, tunc ſoluitur dimidia pars cenſus, id quod omne ad genus humanum propagandum introductum videtur. Non ſilentio praeteribo illum cenſum, quem Praefectura Alacenſis et alii in pago Ermſtadienſi quotannis in frumentis accipere ſolent, vbi modium conſuetum in Sacello Eccleſiae aſſeruatur, ſo bey der Einnahme alda abgeholet und umgekehrt geſetzet wird, daß alſo auf den Boden deſſelbigen die Cenſiten die Früchte in ſo lange aus dem Sacke ſchütten müſſen, bis der Boden völlig bede-

bedecket iſt, et vocatur iſta menſura ein Haufen, qui vero iterum in duas, tres, quatuor pluresue partes diuiditur, quae vocantur Eckhaufen a qua conſueta menſura cenſuarii recedere nuper nolebant, quamuis magiſtratus ordinarium et certum modium loco illius antiqui introducere intendebat. Inuenitur quoque cenſus quidam der Brathen-Zinß, vbi cenſiator, facta cenſuum collectione et eius finita ſolutione cenſuariis carnem aſſatam porrigere debet, hinc cenſitori etiam aliquod onus et obligatio incumbit, vt ſuis cenſitis redhoſtimentum det. Saepe quoque accidit, vt cenſitores pro frumentis vel animalculis pecuniam accipiant, hinc quaeritur, an cenſuarius ſemper pro illo cenſu pecuniam oferre et cenſitor hanc accipere teneatur? et reſpondetur, ſi in tabula cenſuali vel ſchedula infeudationis pecuniae ſumma non eſt expreſſa, tunc cenſitor recipere illam non obſtrictus eſt, quia in eius arbitrio conſiſtit, frumentum vel naturalia aut pecuniam ſibi praeſtari velit, ſi autem illa determinata eſt, tunc dominus cenſus recipere tenetur pecuniam, quoniam in alternatiuis electio eſt penes reum ſeu debitorem.

## §. IX.

Variae autem denominationes cenſuum hinc ortae ſunt, quas omnes fere *DN. SCHADE in ſuo libello inſcripto* das Erbzinß Recht *cap.* I. §. *4.* iuxta ordinem alphabeticum deſignauit, ad quem B. L. breuitatis ſtudio remitto, illum autem, qui in praecedenti §. nominatus fuit, den Kuchen-Zinß, cum aliis ſilentio praeteriuit. Penes cenſum adiutorium hoc moneo, quod haeredes ſaepe bona cum cenſibus ita diuidant, vt quilibet aequalem partem in ſe recipiat, quare fit,

vt

vt vnus ab altero compenſationis gratia aliquid accipiat, quando nempe totum fundum cenſiticum non poſſidet, vid. *RENNEM. diſp. 59. th. 5. lit. d*, ex quo etiam fit, vt ſaepe poſt aliquot annos poſſeſſor reliquae partis fundi huius facti ignarus eundem cenſum eumque plenum ſoluere teneatur, inde quoque oriuntur plures cenſus, vti in §. 7. demonſtratum fuit.

§. X.

Cenſus autem omnis vt plurimum ad domum cenſitoris eſt portandus, quia cenſitus eius eſt debitor, qui hinc etiam vſuras creditori ſuo offerre tenetur, facta enim conſtitutione, reſeruatione et oblatione cenſus, cenſuarius eius modi onus in ſe recipit, et generaliter quilibet cenſus cenſitori domi offerendus eſt, vti hic loci hoc obſeruatur, et quotidiana viget obſeruantia, niſi aliter conuentum ſit, quod autem liquido probare debet cenſitus, moris autem eſt in quibusdam cenſibus maxime eccleſiaſticis, vt dominus cenſus ſuis ſumtibus a cenſitis illos aſportare debeat, vbi ante octo dies receptio cenſuum in loco publico cenſitis plerumque indicatur, quae indictio vero ex lubitu cenſitoris ea intentione fit, vt omnes cenſus vno die ſoluantur, hinc ſi cenſitij non in illo termino comparent et praebent cenſum, ex poſt cenſuarius negligens ad domum cenſitoris cenſum ſuum ob moram commiſſam praeſtare debet.

§. XI.

Quaeritur vero an fundo interemto totali et non amplius extante etiam ius cenſus amittatur? quod plurimi DD. ita ſtatuunt, inter quos nomino tantum *RENNEMAN. Diſp.*

*Diſp. 59. th. 18. lit. a*, ſed mihi contraria arridet opinio ea ex ratione, quia cenſitus ſemper eſt debitor cenſitoris cum perſona principaliter ſit obligata *l. 28. de reb. cred. GAIL. lib. 2. obſ. 2. n. 13*, hoc enim onus ab anteceſſoribus ſuis ipſi ita aſſignatur, vt hunc ſoluat cenſum, quare etiam rem viliori pretio accipit, quae opinio noſtrae etiam obſeruantiae eſt conueniens, et quidem hoc pacto, vt cenſitus pro fundo interemto vel non extante alium ſubſtituere teneatur, et ſi hoc non poſſit, cenſum redimere debeat, vti a Praefectura Alacenſi ſequentibus fuit iudicatum: es werden Klágere angewieſen, an das beklagte Kloſter mit Abgabe des Zinſes quaeſt. führohin nicht alleine zu continuiren, ſondern auch demſelben die Zinß corpora nebſt Lage und Nummern anzuzeigen, in Ermangelung aber des corporis cenſitici andere Grundſtücke einzulegen, oder den wahren Werth des quaeſt. jährlichen Erbzinßes ad 8 Metzen Korn und 8 Metzen Gerſte mit Gelde zu bezahlen rc. Quod etiam in iudicio in aliqua cauſſa, vbi pretium pro cenſu ipſo determinabatur, obſeruatum fuit, vid. *SCHADEN cap. 3. §. 6.*

## §. XII.

Propter ſterilitatem vnius pluriumue annorum cenſuarius recuſare nequit cenſum, neque etiam cedere poteſt fundum cenſitori, quoniam huic non liberum eſt, vt inuito cenſito rem cenſualem capere poſſit, quare etiam tradere illam nequit, vti hoc *RENNEM. diſp. 59. th. 19. et 20.* fuſius deducit et Reſponſum Facultatis noſtrae allegat, cum quo *MARTINI de iure cenſuum cap. 8. n. 235.* correſpondet, ibi ratio prima eſt, quia quod eam ob cauſſam (nempe ob ſterilitatem) penſio ſit re-

mittenda nullo iure eſt cautum, praeſertim cum cenſus intuitu fructuum non praeſtetur, ſecunda, quod non idem eſt, praedium perire et pauciores fructus ferre, tertia, quia in cenſiti non eſt optione, cenſum praeſtare vel praedium relinquere.

§. XIII.

Praeſcribere autem poteſt cenſuarius in minori quanto maius quantum cenſus, ſi nempe in certa moneta ponderoſa cenſus debetur, isque in alia moneta viliori et minus ponderoſa ſoluitur, quo ipſo cenſum percipiens ſibi praeiudicat, adeoque ius ad ponderoſiorem materiam quadraginta annorum praeſcriptione amittit, cogiturque in moneta minoris valoris recipere cenſum. vid. *MARTIN. loc. cit. cap. 3. n. 97.* hinc obueniebat noſtris in terris quidam caſus in diſceptationem, vbi Officiatus eccleſiae cenſuarium absque inſpectis tabulis cenſualibus, ſed ad nuda narrata cum minori quanto cenſus infeudauit, iniuncta autem et peracta probatione ad reſidui cenſus ſolutionem a tempore litis motae et infeudationem iudex eum compellebat, quod iure meritoque fiebat, quia Capitulum et Eccleſia iure gaudet minorum, hinc beneficium reſtitutionis in integrum contra geſta ſui Curatoris ipſi ſemper competit, quod notorii eſt iuris, attamen aliam opinionem DD. ICti Marpurgenſes et Moguntinenſes interpoſita appellatione hac in cauſſa aſſumſerant et cenſitum ab inſtituta abſoluerant actione, et quidem ex ibi allegatis cauſſis, quae omnes autem inſufficientes videntur, quoniam adminiſtrator alicuius pii corporis toti collegio per geſta ſua praeiudicare nequit, ſed illi ſemper beneficio reſtitutionis in integrum breui ſuccurritur manu, niſi tempus praeſcriptionis adſit, vbi eiusmodi petitio ceſſat, et ex eadem quoque ratione

ue cenſitor maius quantum cenſus per praeſcriptionem acquirere poteſt. Sed quaeritur an non totum ius cenſiticum praeſcribere poſſit? Dantur multi Doctores, qui partim hoc affirmant, partim vero negant, in hanc me non immiſcebo controuerſiam, quia non eſt ſcopus diſſertationis meae, ſed tantum hoc notabo, quod huius loci talis ſit obſeruantia, quod cenſuarius ad 30 vel 40 annuarum penſionum ſolutionem teneatur et ita condemnetur, vti multa extant praeiudicia, quae adferri poſſent, vbi non ſolum in noſtris dicaſteriis, ſed etiam ab extraneis ita iudicatum eſt, tantummodo vnum alterumue praeiudicium adpono:

In Erbzinß Appellation-Streit-Sachen des officii Canonicorum S. Seueri, Klägern und Appellaten an einen, entgegen und wider Annen Catharinen Eißenhuthin, Beklagtin und Appellantin, am andern Theil wird auf fremder Rechtsgelehrten eingeholten Rath nach allen Fürbringen zu Recht erkannt: daß in nechſt vorgehender Inſtanz wohl geurtheilet und dargegen zur Ungebühr appelliret worden, mithin Beklagtin den vierzigjährigen libellirten Fruchtzinß-Rückſtand dem klagenden officio abzutragen, ſich mit denen quaeſt. erbzinßbaren Grundſtücken belehnen zu laſſen und mit Abgabe der jährlichen Current-Erbzinßen zu continuiren ꝛc. ICti Dillingenſes in ſuis rationibus allatis multa argumenta contra praeſcriptionem oppoſitam adduxerunt, imo Inclytum Iudicium noſtrum de hac obſeruantia introducta ſequens dedit teſtimonium: daß nach hieſiger Obſeruanz denen piis corporibus 40jährige retardaten bey rückſtändigen Erbzinßen zuerkennet werden, ſolches wird hiermit atteſtiret. Erfurt den 2. Junii 1744.

Ch. M. W. G. allhier.

J. H. Calenberg Iud. Aſſeſſ. et Secret.

quin imo ICti Hallenſes exinde ita iudicarunt in cauſſa Offi-cii Fabricae B. M. V. contra Thomas Voigtrittern, daß Beklagter Einwendens ohngeachtet auf die Klage ſich einzulaſſen und zu antworten, auch weil er ſolches auf dieſem Fall bereits gethan, derſelben aber nicht allenthalben geſtändig, Kläger den Grund der Klage und ſo viel Beklagter daran verneinet, binnen Ordnungs-Friſt, wie Recht zu erweißen und ſolchen Beweiß zugleich darauf zu richten, daß nach der zu Erfurt eingeführten Obſeruanz denen piis corporibus 40jährige retardaten bey rückſtändigen Erbzinßen zuerkannt werden rc. in caſu hoc per centum et plures annos cenſus petitus non ſolutus erat, et tamen ad hoc non reſpiciebant, ſed in ſuis rationibus notanter hoc allegabant: Hiernächſt beklagten die exceptio praeſcriptionis centenariae vel immemorialis nichts helfen kan, wenn klagendes Bau-Amt rechts beſtändig erweißet, daß ſeine Vorfahren den Erbzinß bis auf das in dem Extract ſub A fol. 2. bemerkte Jahr 1628. abgegeben, in Betracht ſodann keine undenkliche Zeit vorhanden iſt, binnen welcher ſie ſich in dem Beſitz der Freyheit von beſagten Zinß befunden, und obgleich verſchiedene Rechtslehrer Meynung nach, zur Verjahrung einer undenklichen Zeit vor hinlänglich zu achten iſt, wenn über Menſchen Gedenken nichts entrichtet worden, doch darauf um ſo weniger Abſicht genommen werden mag, da das Andenken einer Sache durch Urkunden eben ſo gut und noch beſſer als durch Zeugen erhalten werden kan. *BOEHMER Ius Eccleſ. L. II. tit. 26. §. 41 et 42. LEYSER ad ff. Spec. C. med. 5. et Spec. CCCCLX. med. 3 MENCKE diſſert. de praeſcriptione immemor. hom. licet memoria deficiente per docum. elidenda §. 5. ſeq.* Da beneben der Einwurf, daß der Ablauf von 100 Jahren alles ausmache, in keine Betrachtung zu ziehen iſt, anerwogen

wogen das Andenken einer Sache binnen weniger als 100 Jahren verlohren gehen, dagegen aber auch eine längere Zeit erhalten werden kann, *COCCEJ. iur. controv. L. 41. tit. 3. q. 32. OCKEL. de praeſcript. immem. C. I. th. II.*

§. XIV.

Quod autem cenſus probationem concernit, remitto B. L. ad alleg. AA. praeſertim vero ad Parentis mei diſſertationem inauguralem hie loci 1733. habitam, vbi plura inueniuntur media, per quae cenſus probari poſſunt, inter haec autem maximopere veniunt in conſiderationem libri cenſuales, quando autem illis aliquid deeſt, tunc alia adminicula ad probationem cenſus in ſubſidium vocanda ſunt, poteſt enim quandoque cenſitor ſuum librum et regiſtrum cenſuale iuramento confirmare, ita iudicatum eſt a Iudicio noſtro in cauſſa quadam d. 27. Febr. 1742. würde klagender Hospitals-Vorſteher in ſupplementum beſchwören, daß er nicht anders wiſſe, glaube und dafur halte, daß klagendes Hoſpital die geklagte 6 Pf. Erbzinß mit Recht zu fordern habe und Beklagter dasjenige ein Viertel Land, worvon der Erbzinß gefordert wird, unter den 2½ A. Arthland n. 45. würklich ſtecke und mit in Beſitz habe, ſo hätte daſſelbige dasjenige, ſo ihm zu erweißen obgelegen und es ſich angemaßet, zur Nothdurft erwießen, mithin Beklagter die Erbzinß-Retardaten von 40 Jahren zu bezahlen uud die Lehn gebührend zu juſtificiren verbunden. Itidem ſic pronunciauerunt in allegata cauſſa §. 7. dicti Wittenbergenſes et Moguntinenſes ICti.

Plura alia et innumerabilia extantia praeiudicia ad cenſus probationem proferre potuiſſem, ſed hac de materia non

fuſius agam, potius me conueerto ad thema ſpeciale, id quod in ſequenti capite tradetur.

## CAPVT II.
## DE
## CENSIBVS IN SPECIE POENALIBVS.

§. I.

Quod cenſus poenalis attinet deſcriptionem in §. III. prioris capitis iam tum in genere illam protuli, quare iſtam cum hoc additamento ſimpliciter retinebo, quod nempe ille cenſus itidem a conuentione partium dependeat, hinc hiſce conuentionibus ab vtraque parte inſiſtendum et vni alterine illicitum eſt, ab hiſce contra voluntatem alterius diſcedere, quia pacta ſunt inſtar legis, ideoque ſeruanda.

§. II.

Referuntur itaque huc 1) cenſus promobiles in Saxonia vſitati vulgo die Rutſcher-Zinßen, qui ea lege ab initio promittuntur, vt non facta ſolutione certo et ſtato die, altero die duplicentur et ſic deinceps ſoluantur duplicati vel etiam triplicati per text. *in art. 54. l. I..* Land-Recht ibi. wer ſeinen Zinß zur rechter Zeit nicht giebt, zweyfach ſoll er ihn geben des andern Tages und alſo alle Tage zweyfach, dieweil er den Zinß innen behält, vid. *CARPZ. P. 2. Conſt. 38. def. 25. n. 3.* Vocantur autem ideo Rutſcher-Zinſe, quia multiplicantur, et quo diutius non praeſtantur, eo maiores fiunt, weil ſie fortrutſchen, und

und je länger ſie ſtehen, je mehr und gröſſer ſie werden. *WEHNER. obſeru. pract. verb.* Rutſcher-Zinß.

§. III.

Cenſus liberi 2.) huc ſpectant, cuius denominationis rationem varie DD. adducunt, inter quos merito nominandus eſt *ICTVS ILLVSTR. BOEHMERVS in ſua diſſertatione de vario cenſuum ſignificatu et iure*, aſſerens, quod cenſus hic ſoluatur in ſignum protectionis, exemtionis plenariae a poteſtate et iurisdictione Epiſcopi, ſubiectionis etc. et alios plures caſus refert, qui nati ſunt propter hanc vel illam cauſſam. *DN. IOH. MAVRIT. GVDENVS in hiſt. Erfurt. l.* 1. *cap.* "*10. p. 31.* tradit, vrbis noſtrae fundos fuiſſe olim Archi-Epiſco-"po Moguntino miniſteriales, ipſosque cultores glebae adſcrip-"tos. *ADALBERTVS* illis et his conceſſit libertatem, an-"nuo tantum cenſu reſeruato. Hunc vero cenſum magnam "partem Electorum liberalitate in Eccleſias, milites, horum-"que pactis in plebem etiam perueniſſe. Illuſtrior geſtae rei "memoria ab iis exhibetur praediis, qui nummis argenteis da-„tam annue redimunt libertatem. Huc etiam referuntur illa bona, quae in Comitatu Marchiae Weſtphaliae vocantur franca, Frey-Güther, quae tamen non dicuntur franca ratione exemtionis, quod ſcilicet ſint libera intuitu contributionum, hae enim non minus ac alia contributionem et annuum quid ſoluere obſtringuntur, ſed franca dicuntur a perſonis et earum ſtatu, quod nimirum olim in ſeruitute fuerint et ab ea manumiſſae. IOH. GEORG. von DIEST. *diſp. de foro competente th.* 48, cum quo conuenit WEHNER *obſ. pract. voce* Frey-Güther, vbi dicit, vocabula Freybede etc. libertatem naturalem ſeu propriam denotare, imo magis in ſignum ſubiectionis, dominii receptaeque libertatis ſolui cenſus der Frey-Pfen-

nig.

nig. Et canon, qui ex illis bonis ſoluitur, dicitur der Freybeden, Frey-Zinß oder Frey-Pfennig.

Hic loci autem quotannis ſoluuntur hi cenſus Eminentiſſimo Noſtro Domino Archiepiſcopo Electori Moguntino in ſua domo inferioris hypocauſti intra vrbem ante portam Brühl vocatam in Dioeceſi S. Martini intra ſita ordinario Praefecto culinari vulgo dicto Küchenmeiſter et Praefecto iudiciali den Gerichts Voigt ſequenti poſt Feſtum S. Martini die ab hora ſexta vſque ad vndecimam antemeridianam, qualis receptio cenſuum per octo durat dies et hoc quoque obſeruatur a Praepoſiti B. M. V. officiato, nullam vero apocham de facta cenſus ſolutione cenſuarius accipit, ſed in eius praeſentia in regiſtro adponitur penes cenſiti nomen verbum ddt.; poſt meridiem vero a nouo cenſito tantum feudum recognoſcitur et ſchedula infeudationis traditur, ſumtus autem qui ſoluendi ſunt de bono cenſitico ratione infeudationis et praeſtandi laudemii inueniuntur deſcripti in der Frey-Zinß Ordnung de anno 1708. et nummus argenteus conſiſtit aus $4\frac{1}{2}$ Pfennig monetae vſualis. Poſt effluxum autem octiduum, quod more ſolito in die Eliſabethae fit, cenſuarius moroſus mulctam dare tenetur et illa conſiſtit iuxta ordinationem hanc tit. III. ex ſequentibus: Wer nun alſo geklopfet worden, der iſt von jeglichem idem frey zur Buße verfallen, ein Pfund, thut nach jetziger Current-Münze 3 Thlr. 8 Gr., den Gerichts-Voigt 20 Gr. und den Pedellen 10 Gr., ſequenti die itidem obſeruatur vti ante dictum & mulcta duplicatur, tertio die vero tandem triplicatur mulcta, et ſi cenſuarius non comparet et ſoluit, tunc annus expectatur.

§. IV.

Elapſo nunc anno poſt factam trinam pulſationem, et durante hoc tempore cenſu cum mulcta et expenſis non ſoluto, inſtituitur actio a Praefecto culinari per Procuratorem ſuum qui vocatur der Fronization oder Gewährs Proceſs, vbi cenſuarius vocatur in iudicium et eius iuris competentia ſeruato tamen proceſſus ordine a iudice penſitantur, ſubſecuta denique ſententia boni cenſitici priuatoria, fundus Praefecturae culinari adiudicatur, et Praefectura in eius poſſeſſionem mittitur, cum hac vero clauſula, quod cenſuarius intra annum et diem hunc, pro modico reluere poſſit pretio. Qua occaſione quaeritur, qualis hic intelligatur annus, an ciuilis vel ſaxonicus? putarem, quod ſaxonicus ſit intelligendus, quia adiectus eſt dies, vbi ille enim dicitur, hoc ſpatium ad reluitionem determinatum eſſe videtur.

§. V.

Fundo autem interitu abſumto et peremto alius eſt ſubſtituendus a cenſito, vti hoc expreſſe poſtulat decretum Regiminis ſub dato 14. Octobr. 1721, quare curia feudalis contra non ſolventem prudenter agit, ſi in hoc caſu in poſſeſſione vel quaſi iuris cenſitici ſe fundat et mulctam cum penſione debita ab initio petat; ſoluta autem hac, poſtea ad alium ſubſtituendum fundum cenſuarium melius compellere poteſt, inſtituto enim proceſſu Fronizationis ita dicto, nihil aſſequitur, quia nullus fundus adeſt, qui pro caduco poteſt declarari, qua cau-

tela non obſeruata, in ordinario probationem iuris peragat neceſſe eſt, vti ita ad inſtantiam inclyti Iudicii Noſtri ICti Ienenſes d. 24. Nouembr. 1759. contra aliquot cenſitos pronunciauerunt: Würde hiernächſt Kläger, daß Beklagte das in Frage ſeyende Grundſtücke in Esbach, ſo ihnen bey der Pappiermühle gegen Stellung eines Lehnträgers, vergünſtiget ſeyn ſoll, würklich beſitzen, gebührend beſcheinigen ꝛc. et quidem hoc ex ſequenti ratione: Hingegen 8.) darauf, daß Kläger, wie der Churf. Lehnhof von undenklichen Jahren in den Beſitz von den 4 Bergſtrohm-Müllern einen gewiſſen Zinß zu fordern, ſich befinde, vermeynet und dieſes aus der Beklagten Geſtändniß ſowohl, als denen befindlichen Extracten des Freyzinß-Buches zu erhellen ſcheinet, dieſerhalb Beklagten auf ein ander Grundſtücke, fals er auch das in Frage ſeyende nicht beſäße, den Zinß zu nehmen, Klägers Meynung nach verbunden iſt, um deßwillen nicht geſehen werden mag, weil nicht darauf ſondern lediglich auf das Grundſtück und daß es vor verfallen erkläret und Beklagte zu deſſen Herausgabe angehalten werden möchten, libelliret worden, mithin alsdann erſt 9) wann Kläger die ihm auferlegte Beſcheinigung geführet hat, das Erkentniß der Hauptſache ſowohl, als der Unkoſten halber erfolgen kan ꝛc. Interpoſita autem et introducta Appellatione, a curia feudali ad iudicium aulicum Moguntinenſe et ibi propoſitis nullitatibus commiſſis ratione omiſſi poſſeſſorii a priſtino cauſſae Patrono, et quidem illegitimato reformatoria ſententia cum expenſarum refuſione d. 4. April 1761. ſubſequebatur in verbis: daß von Richter voriger Inſtanz übel geurtheilet, wohl davon appelliret, dahero ſothanes Urtheil dahin zu reformiren ſey, daß appellantiſcher Lehnhof in poſſeſſione deren a tempore imme-

memoriali von appellaten entrichten, 22½ Frey-Pfennig zu manuteniren, appellatiſche Bergſtrohm Müller hingegen die ab anno 1756. rückſtändige Freyzinßen nebſt denen verwürkten Strafgeldern fernerhin abzureichen, auch wie es zeithero jederzeit geweſen, bey Abgang eines Lehnträgers gegen Entrichtung der herkomlichen Lehnwaare einen neuen Lehnträger zu praeſentiren ſchuldig und gehalten ſeyn rc. appellaten, die bey dieſer inſtanz aufgelaufene Gerichts-Koſten appellantiſchen Lehnhof nach richterlicher Ermäßigung zu erſetzen ſchuldig ertheilend ꝛc. Contra hanc fuit impetrata Reuiſio actorum a cenſuariis, ſed hoc beneficium illis non fuit fauorabile, quia praecedens ſententia cum expenſis confirmabatur. Hae latae ſententiae iuri meritoque ſunt congruae, quia in poſſeſſorio nihil aliud ſequi poteſt quam vt iuxta illud pronuncietur.

## §. VI.

Sufficiunt vero leuidenſes, veroſimiles tamen cauſſae a cenſito allegandae contra contumaciam commiſſam in non ſoluendo cenſu, quare a mulcta facile abſoluitur, qui eiusmodi cauſſas demonſtrat, quia vt plurimum fit, vt propter ſtrepitum et multitudinem perſonarum ſimul congregatarum aliquis error committi poſſit, quare ſi cenſitus probat, ſe fuiſſe praeſentem in curia feudali, praeſumtio pro eo militat, ſe cenſum ſoluiſſe, quoniam, vt ſupra dictum, nullam apocham accipit cenſuarius, in dubio vero non praeſumendum eſt, quod cenſitus, dolo vel culpa, quippe quae tantum contumaciam

 con-

conſtituunt redduntque punibilem *LAVTERB. de poen. conuent. cap. 8. BERLICH part. 2. concl. 47. n. 8. RICHTER deciſ. 84. n. 3.* in non ſoluendo cenſu negligens fuerit, ſed potius per quoddam impedimentum fuerit retentus, hinc numquam penſiones hae tam ſtricte altero die duplicandae ſunt, vt non iuſta et ſufficiens cauſſa ceſſationis, duplicem ſolutionem impediat, quod diſerte docet *CARPZ. p. 2. conſt. 38. def. 25.* ſic ab inclyto Iudicio noſtro in aliqua cauſſa iudicatum eſt d. 21. Nouembr. 1761, daß Beklagter denen in actis vorgekommenen Umſtänden nach von der wider ihn angeſtellten Klage loszuzählen und zu entbinden, denſelben auch das erlegte Pfand hinwieder auszuhändigen, die Unkoſten aber gegen einander zu compenſiren.

Huius loci autem moris fuit, vt noſtri laniones de quibusdam tabernis cenſum liberum in primo die octauae Martini etquidem mane ante candelam deletam ſoluere debuerint, et ſi vnus vel alter hoc omiſerint, arbitrarie puniti fuerint, quod tamen ante aliquot annos mutatum eſt, ita vt cenſum, vti reliqui intra octauam ſoluere debeant.

## §. VII.

Pia corpora non ſolum ſed etiam priuati poſſident cenſus liberos. Regale enim monaſterium SS. Petri et Pauli cenſum pecuniarium ſub poena trium Imperialium et octo ſolidorum annuatim in termino et die S. Martini exſoluendum a quibusdam praediis recipit, et hic cenſus vulgo Martins Frey-Pfennig appellatur qui in ipſo die S. Martini et ſic non intra

octa-

octauam, vti in prioribus fuit annotatum, exſoluendus eſt. Collegium S. I. et priuatae perſonae recipiunt etiam cenſus liberos de fundis quibusdam intra octauam Martini ſub poena tantum viginti ſolidorum, mulcta tamen ſequentibus diebus non creſcit, ſed potius perdurat, et pulſare cenſitos moroſos moderno tempore in hiſce cenſibus inuſitatum eſt, vti olim fuit pariter hic mos frequentatus.

§. VIII.

Cenſus quidam liberi etiam ex ſoluendi veniunt ab alio cenſu, qui vocantur die Pfund-Zinße, quorum ſolutio ad certum diem non ita eſt determinata, vt ea non facta cenſitus mulctam dare teneatur, ſed tantummodo maius laudemium accipit cenſitor pro infeudatione; quamuis olim in vſu fuerit, vt contra talem moroſum cenſitum iuxta ordinationem antiquam cenſualem pulſando cenſitor procedere potuerit, vti hoc teſtatum fuit a Praefecto culinari. Auf Begehren Fr. Margarethen Kühnin Rel. Hr. Mag. Kühnens wird aus dem Churf. Mayntziſ. Frey-Regiſter atteſtiret, daß ſelbige von einer halben Hufen Landes in S. Johannis-Felde vltimo Andreas Fraaßen, (worvon ſie laut producirten Kaufbriefes 6 Pfund Geldzinße jährlich zu fordern) 5 Schilling den Churmayntziſchen Freyhof laut Freybuchs fol. 22 zu entrichten habe, 2do beſage der Frey-Ordnung, daß diejenige, ſo von Erbzinßen Frey-Pfennig geben, nicht allein von ihren Erbcenſiten die höhere Lehnwaare zu fordern, ſondern auch in entſtehender Abſtattung der Erb-

zinßen die debitores klopfen zu laſſen befugt ſeyn. Datum Erfurt d. 21. Ianuar. 1696.

Adolph Ludwig Gerſtenberg
Churmaynz. Küchenmeiſter.

§. IX.

Dantur quoque 3.) cenſus non liberi, qui tamen in die Martini ſub poena quinque ſolidorum ante candelam accenſam ſunt exſoluendi, vti Capitulum B. M. V. eiusmodi cenſus in pago Viſelbachenſi et aliaepriuatae perſonae poſſident, qui tamen indicari ſolent.

§. X.

Inueniuntur etiam 4.) cenſus, qui tantum ad certum diem pertinent, eiusmodi ſunt Feriae Michaelis, Simonis Iudae, Martini, Nicolai, Catharinae, Philippi Iacobi vulgo Walpurgis, Epiphanias Domini, Aſcenſionis Domini, Andreae, Trinitatis, Natiuitatis Mariae, Trium Regum, Seueri etc. memoriae conſecratae, quorum receptio ad certum diem ſemper ante octiduum intimatur, et ſi cenſuarii non comparent ac debita ſua ſoluunt, partim quinque, partim viginti groſſos, partim quoque maiorem ſummam mulctae loco dare tenentur, et quidem cenſitores partim ante horam duodecimam menſa cibis non-

nondum inſtructa accipiunt cenſus ſuos, vti eiusmodi cenſus monaſterium S. Cyriaci ex pagis Egſtedt in die Seueri et Zimmern ſupra in die Catharinae recipiunt, nonnumquam etiam a cenſito eſt afferendus cenſus, quod ſchedula infeudationis tam ratione mulctae quam temporis vt plurimum indicare ſolet, et iuxta illam cenſuarius condemnatur, quod fit ſecundum tenorem et naturam cenſus, quare eiusmodi ſchedula accepta cenſitus ignorantiam pro ſe allegare nequit.

## §. XI.

Si autem cenſitus debito tempore non comparet et cenſum ſuum ſoluit, tunc mulcta vſitata tam in libro cenſuali, quam in accepta ſchedula infeudationis expreſſa ipſi imponitur, vti hoc cum variis praeiudiciis ob negligentiam termini a cenſito commiſſam demonſtrari poteſt, vnum alterumue tantum allegabo, ſic a noſtro inclyto Iudicio in quadam cauſſa d. 5. Iul. 1729 ita iudicatum eſt: daß Beklagter den rückſtändigen Erbzinß nebſt denen allbereits moderirten Koſten binnen 14 Tagen bey unausbleiblicher Execution abzutragen, wie nicht weniger die von dem Cloſter geſuchte Strafe nebſt denen fernerweit cauſſirten Koſten zu bezahlen ſchuldig. Inferiores etiam inſtantiae nempe praefecturae, ſaepe et multoties cenſuariis mulctam debitam decreuerunt, ſic Alacenſis praefectura d. 15. Octobr. 1759. in quadam cauſſa tulit ſententiam: daß das klagende Cloſter in ſeiner hergebrachten poſſeſſione vel quaſi allerdinges

zu

zu ſchützen und Beklagte die reſtirend eingeſtandene 2jährige Erbzinße mit der verfallenen Buße à 5 Gr. von jedem Idem benebſt verurſachten Koſten abzutragen ſchuldig.

§. XII.

Interdum etiam ob probabilem termini praefixi ignorantiam cenſitus a mulcta debita abſoluitur, quod circumſtantiae obuenientes demonſtrare debent; vti hoc in §. 6 iamdum oſtenſum eſt, idcirco in quadam cauſſa inclytum Iudicium noſtrum d. 14. Iul. 1733. ſequentem dedit ſententiam: aus denen actis allenthalben ſo viel erſcheinet, daß beklagte Kirche, weil ſie die qu. Holzmaaße nicht allzulang in Beſitz und von den vor der Kirche zu Büßleben geſchehenen Geboth allen Umſtänden nach probabilem ignorantiam gehabt, für dieſesmal mit der geſuchten Strafe zu verſchonen, in Zukunft aber dahin zu ſehen, damit ſie von den vor der Kirche gewöhnlich vorzunehmenden Geboth notiz erlangen, und ſofort die Zinße intra terminum praefixum bey gewöhnlicher Strafe zu entrichten ſchuldig.

§. XIII.

Pertinent huc etiam 5.) quidam cenſus, qui non ordinarie per ſchedulam aliquam, aut nuncium intimantur, vti de hiſce in §. 10. egi: ita Regale monaſterium SS. Apoſtolorum P. et P. cenſum pecuniarium de quo ſupra in §. 7. mentio-

tionem feci, ex quibusdam fundis, qui vulgo vocantur Frey-pfennig, itidem ex pago Melchendorf in diuiduo termino nempe in die Sabbathi poſt Feſtum Walpurgis et deinde in die Sabbathi poſt Feſtum S. Martini recipit, qui appellantur Silberpfennig; in his enim cenſibus ſemper dies ſolutionis fixus eſt, quare ille terminus annuatim cenſito antea non eſt notificandus, vti hoc in aliis cenſibus poenalibus fieri debet, hic enim dies interpellat pro homine.

## §. XIV.

Spectat etiam huc 6.) cenſus, quem in pagis Eſchenbergae et Hauſſen, ditionis Gothanae Capitulum Marianum Erfurtenſe accipit ſub titulo Victoris pecuniarium intra octiduum poſt Feſtum Regum antea praefixo et notificato termino, ſub mulcta trium groſſorum et quatuor nummorum a cenſitis ſoluendorum, et quidem ante candelam accenſam, incolae de Hauſſen obligati ſunt, cenſum ad Eſchenbergam ſoluendum et generaliter hi cenſiti de duobis his pagis, qui talia ptaedia cenſualia vulgo Victoris Hufenland poſſident, non ſolum officiatum Capituli cum ſuo ſcriba miſſum, per vnum diem in cibo et potu et aliis rebus gratis ſuſtentare debent, ſed quoque in praeſentia Paſtoris, Cantoris et Sculteti prandium porrigere obſtringuntur, pro quo beneficio Officiatus ad culinam inſtruendam dat quinque ſolidos. Alia pia corpora plurima adferri poſſent, quae extra territorium Erfurtenſe eius



modi

modi accipiunt cenſus, ſed hoc inſtituti ratio non patitur.

§. XV.

Haec ſunt L. B. quae exhibere penes me decreui, in vberiorem enim campum equidem excurrere potuiſſem et materiam hanc paulo fuſius pertractare, ſed ne diſputationis limites tranſilire videar, in his acquieſcere libuit. Non dubito, quin tot cenſores, quot lectores inueniam paratos, aliis conatus, aliis ſtilus, aliis connexio minime arridebit, ſed cum ego nec primus, nec vltimus ero, qui placeat omnibus, aequo animo ferendum erit iudicium. Spero tamen a Te veniam me impetraturum, ſi non omnia ad palatum erunt, facile enim hic fuit errandi occaſio. Interim vale L. B. meisque qualibuscunque faue conatibus

TANTVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0044-1

## NOBILISSIMO AC CLARISSIMO DN. DOCTORANDO

S. D.

# PRAESES.

Vnius laboris finem, alterius eſſe auſpicium praeſens comprobat ſpecimen TVVM inaugurale, in quo veſtigia conſultiſſimi Parentis, qui TIBI ſimili argumento in Diſſertatione ſua inaugurali praeiuit, laudabili conatu premis, et doctrinam iuris cenſitici ex optimis fontibus hauſtam, pro ingenii Tui indole ad mores et conſuetudines noſtris in regionibus vigentes, accomodatam, in compendio exhibes. Reddo igitur TIBI haec ingenii monumenta proprio Marte a Te elaborata, a quorum acceſſionibus mihi penitus temperaui, ac a lituris eo conſilio abſtinui, vt integrum certumque de virium TVARVM ratione, iudicium conſtaret, facile praeuidens, TE apud aequos rerum arbitros veniam obtenturum, quod primas ſolum lineas argumenti duxeris, quod amplitudine et grauitate ſua vberiorem, quam Exercitatio academica admittit, tractationem poſtulat. Quod reliquum eſt, nihil magis in votis habeo, niſi vt tramitem ſtudiorum, quem ingreſſus es per omnem vitam feliciter decurras, forenſibus cauſis, quibus TE vindicabis, laudabilem operam naues, et honoribus academicis, TIBI ab ordine noſtro conferendis, ad bene merendum de republica vtaris, ac gloriae gentis ZIEGLERIANAE memor viuas. Dabam in Academia Hierana d. 20. Aug. 1764.

Quum durus grauidas ex aruis meſſor ariſtas
Falce ſecans, terram ter pede pulſat ouans;
TV quoque doctrinae magno cum foenore reddis
Primitias, ſuaui quas tulit ore Themis.
Pergas et felix ſuccreſcas frugis ad inſtar;
Largam ſic meſſem patria cara feret.
Sic ſpes *egregii* recreabitur ampla *Parentis*
Ac tua proſperitas tempus in omne viget.

Haec gratulans poſuit cultor atque
amicus obſeruantiſſimus.

HERMANN. ERN. RVMPEL,
*Phil. et I. V. D. Gymn. Director,*
*Academ. Imper. Nat. Cur. Biblio-*
*thecarius et Elector. Mogunt.*
*Scient. Socius.*

VIRO
PRBENOBILI ATQVE DOCTISSIMO IVRIVM
DOCTORANDO DIGNISSIMO AMICO
AESTVMATISSIMO
*S.* P. *D.*
P. C. DINCLERVS
LL C.

Abſoluto et ſcientiarum et artium bonarum curſu, Gerana TIBI, ſuorum alumnorum diligentiſſimo ſummum honoris gradum ſummasque laudes impertiri feſtinat. Erit itaque, quod TIBI, meo familiariſſimo ex intima animi nota gratuler; votis meis ſi Numen annuet ſupremum, nil niſi fauſta, niſi proſpera in poſterum TIBI obtingent. Seruet TE ille benigniſſimus ſeram ad ſenectutem ſaluum atque incolumen, adſit iſte tuis coeptis ac futuris conatibus, vt, qui aſſiſtentiam TVAM expetunt, ius fasque perſoluas, ſicque patriae noſtrae emolumento, ciuibus iniuria affectis ſolatio, aeſtumatiſſimis cognatis decori valeas, vigeas, floreas. Quod reliquum eſt, etiam atque etiam abs TE peto, vt fauore Tuo ac amore me amplecti haud deſinas, TVAMque erga me amicitiam nullo non tempore reddas firmiorem. Haec paucula ſunt, mi Fautor atque Amice, quibus me TIBI vt quam maxime commendare volui ac debui. TE interim bene valere plurimum iubeo. Dabam Ienae e muſeo IV, Nonarum Auguſti CIƆIƆCCLXIV.

VIRO

PRAENOBILI NEC NON DOCTISSIMO

I. V. DOCTORANDO

FRATRI SVO PER QVAM DILECTISSIMO

*S. P. D.*

IOANNES ELIAS ZIEGLER

I. V. STVDIOSVS.

Nullae mihi vnquam tam iucundae tamque exoptatae fuerunt litteræ quam illae, quibus a TE certior ſum factus, TE propediem laureae Doctoralis reportandae cauſſa certamen litterarium eſſe initurum. Hae animum ob inopinatum Sororis in vita meae cariſſimae mortem moerore atque triſtitia adhuc adfectum iterum erigebant laetitiaque perfundebant. Eſt quoque quo gaudeo! Arctiſſimum, Frater dilectiſſime, quod inter nos intercedit vinculum, amor mutuus nulla vnquam diſcordia interruptus, magnas mihi dant rationes, TVA ex felicitate hauriendi voluptatem, TIBIque gratulandi. Gratulor itaque TIBI de diſſertatione ſolidiſſime a TE conſcripta, deque ſummis quibus breui tempore eris ornatus iurium honoribus. Gratulor quoque Patri noſtro ad vrnam vsque omni pietatis cultu proſequendo

do, quod EI in Cathedra TE diſputantem conſpicere obtigerit. Summum denique Numen diuinum precor, velit omne quod in mortales cadere poteſt felicitatis genus large TIBI impertire, ac pro infinita ſua gratia efficere, vt cuncta fauſte proſpereque TIBI eueniant TVque maiores laudum atqne honoris adipiſcaris acceſſiones. Valeas, eoque quo me a teneris vnguiculis vsque huc es amplexus amore, me proſequi inpoſterum pergas. Dabam Ienae d. XVI. Aug. MDCCLXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0049-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0050-5

Erfurt, Diss., 1761/67

SS.

ULB Halle 3
004 995 333

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0051-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0052-6

Pri. 10, num. 5.
1764, 4
15

# DISSERTATIO IVRIS GERMANICI INAVGVRALIS DE NATVRA ET INDOLE CENSVVM, PRAESERTIM STATIS TEMPORIBVS SOLVENDORVM,

QVAM AVSPICIIS DIVINIS
INDVLTV ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM
ORDINIS IN PERANTIQVA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI
PRÆSIDE
FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO

DN. RVDOLPH. CHRISTOPH. HENNE, ICTO
ORDINIS IVRECONSVLTORVM ET ELECT. MOG. PROVINC IVDIC.
ADSESSORE NEC NON PANDECT P. P. O.

DIE XXIII. AVG. MDCCLXIV.
IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET DIGNITATIBVS LEGITIME CONSEQVENDIS
*PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT*
AVCTOR

RVDOLPH. HENR. WILHELM. ZIEGLER,
*ERFVRTENSIS.*

ERFORDIÆ, AERE HENR. RVD. NONNII, ACAD. A TYPIS.

UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-834473-p0053-1